



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

300. An Regulares possint dispensare cum sæcularibus super  
irregularitatem ortam ex delicto; v. g. si Sacerdos excommunicatus  
celebrasset, vel suspensus Sacros ordines suscepisset? Idem dicendum  
est ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

novamus. Est autem communis Doctorum opinio, quod quando Papa in confirmatione privilegiorum ponit verbum ex certa scientia, & verbum, innovamus, censetur confirmare etiam privilegia talium Religiosorum, quae antea per aliquem Summum Pontificem fuerant reuocata. Sic tradit Glossa incipit. quia dicitur statim, & in e. 1. de transact. Et confirmatur, quia talis confirmatio ex certa scientia habet vim confirmandi actum nullum, reddendo illum de invalido validum, seu de privilegio nullo facere validum. Sic Suarez fuse lib. 8. de legib. cap. 18. an. 12. idem tenet Collector privilegiorum Mendicantium verbo, Privilegium, ad §. 15. dicens multos famulos Doctores Universitatis Salmantinae declarasse quod quandoque aliqua privilegia conceduntur de novo cum hac clausula, Non obstantibus reuocationibus Apostolicis, intelliguntur vivificata; & de novo concessa etiam illa, quae fuerant reuocata. At Clemens VIII. in citata Bulla dicit innovamus, & in proemio Bullae dicit, Et in pristinum statum reponat, & post medium Bullae dans Iudices Conservatores pro defensione dictorum privilegiorum, praecipit illis, vt procurent, Omnia semper in pristinum reponi; Quae omnia verba factis innunt confirmare voluisse etiam privilegia reuocata, maxime cum ibi Clemens VIII. non apposerit clausulam, Quatenus sunt in usu. At constat quod ante illam reuocationem factam à Sixto Praelati regulares poterant absolueri subditos ab omni simili excommunicatione maxime per concessionem Pij V. factam Praelatis Patrum Dominicorum, quibus concessit, vt per se possent absolueri subditos ab omnibus casibus occultis, quae possunt Episcopi absolueri, & huius meae opinionis est etiam nouiter Fr. Hieronymus Roderic. in suis resolutionibus resolut. 3. num. 7. Dixi posse Praelatum absolueri suum subditum simoniacum in ordine, nam quaevis non modica esse potest, an Confessores Regulares, possint hodie absolueri Clericum simoniacum in ordine, vel beneficio ad se venientem, pro confessione Sacramentali audienda; Hunc casum non inueni expressum apud vllum recentiore. Sed tamen (sub correctione Doctorum) credo illos talem Clericum posse absolueri virtute suorum privilegiorum, Probos, quia praedicti Religiosi id poterant facere ante illam reuocationem Sixti V. maxime per privilegium Sixti IV. apud Compendium Mendicantium, verbo, Absolutio quoad saeculares 2. §. 20. cum annotat. Cor. ad. ad dictum §. 20. per quod concessit Confessoribus Ordinis Minorum, vt possint absolueri poenitentes ab omnibus casibus excommunicationis, suspensionis, &c. Episcopis à iure, vel ab homine reseruatis, & simile privilegium extat in eodem Compendio, & in eodem verb. §. 19. concessum Benedictinis; & clarius adhuc id poterunt Confessores Societatis Iesu per privilegium illis concessum à Paulo III. & transcriptum à Rodriquez in Addit. ad §. 9. n. 120. Per quod Papa concedit illis Patribus (& proinde cum illis communicantibus) vt poenitentes ad se venientes possint absolueri ab omnibus censuris, & poenis Ecclesiasticis exceptis contentis in Bulla Cœnae. Quapropter licet illa privilegia sint reuocata per Sixtum Quintum, si tamen illi Religiosi, quibus illa concessa fuerint habeant confirmata sua privilegia ex certa scientia (vt suppono) poterunt eisdem vt ob rationes claras, quas adduxi in num. 1. proxime praecedenti.

3. Hanc etiam sententiam tenet Leandrus à Murcia in c. 14. super 8. Regulis D. Francisci n. 37. & Bordonus in conf. Regul. tom. 2. res. 67. n. 76. Vecchius in practi disputat. 9. dub. 13. per totum Tamburinus de iure Abbatum tom. 2. disputat. 14. quest. 13. n. 1. Hieronymus Rodriquez in compen. qq. Regularum res. 3. n. 1. Tome VII.

Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit Pater Pellizzarius in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. num. 47. Sed an ita sit, alij videant, dicit amicissimus Pater Lezana in summa tom. 3. ver. Simonia num. 31. & ego hanc sententiam absolute alibi impugnavi contra Patrem Vidalem. Notandum est tamen hic obiter probabilissimum esse Simoniacum occultum non incurrere in irregularitatem, & ita docet doctus, & amicissimus Bardi in Bulla Cruciate part. 3. tractat. 2. cap. 1. sect. 4. §. num. 30. vbi sic ait. Supponendum est quod quamvis secundum plures Autores recipiens ordinem simoniace incurrat irregularitatem etiam si simonia sit occulta, vt notat Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 6. Suarez de censuris disputat. 4. 3. sect. 4. n. 2. nihilominus & ipsi, & alij existimant ob peccatum simoniace occultae nullam incurrere irregularitatem, quia in iure non habetur hoc expressum, licet in alias poenis, & censuris simoniacus incurrat, & ipso facto triplici illa materia: dixi ob simoniam occultam; nam quando est publica ratione infamiae, refultat irregularitas. His praehabitis dicimus non posse commissarium dispensare in irregularitate, quae oritur ex simonia, quia Pontifex in hoc paragrapho talem irregularitatem expressè excipit, hoc tamen facit iuxta probabilem opinionem, quae asserit ex simonia saltem circa ordines incurrere irregularitatem; At quia oppositum est etiam probabile immò iuxta meam sententiam probabilius, idcirco simoniacus non indigebit dispensatione faciendi a commissario in aliqua irregularitate, cum poterit practice sibi suadere in nullam incurrit irregularitatem. Ita Bardi.

RESOL. CCXCIX.

An Praelati Regulares possint absolueri suos subditos à casibus Bullae in Cœna Domini: Ex p. 3. tr. 2. Ref. 72.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 21. per totum, & nouissime Hieron. Rodric. in compen. qq. Regul. res. 3. n. 3. vbi sic ait. Praelati Regulares possunt absolueri suos subditos à casibus Bullae Cœnae Domini non obstant noua reseruatiōe ipsorum, quae quotannis fit in publicatione dictae Bullae. Ita ille. Et hanc sententiam mordicus etiam defendit Peirinus in privileg. Minimus 1. constit. 4. Sixti IV. §. 5. n. 6. cum seq. & Pertei in addit. ad dub. Regul. ver. Abbas, n. 8. Vide etiam Emanuele Rodric. in qq. Regul. tom. 1. q. 20. art. 9. Vegam in sum. tom. 1. cap. 49. cas. 1.

2. At his non obstantibus Sigismundus à Bononia tract. de elect. dub. 69. n. 13. Alcanius Tamburinus de iure Abb. tom. 2. disp. 14. q. 1 §. n. 3. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 1 §. concl. 1. Zanardus in direct. Theol. p. 2. cap. 17. Naldus in sum. ver. nouiss. n. 7. Vecchius in practi. nou. disp. 9. dub. 6. n. 3. Grassius in appen. lib. 1. cap. 7. n. 22. & alij penes ipsos, asserunt non posse Praelatos Regulares absolueri neque Professos, neque Nouitios à casibus Bullae Cœnae. Sed ego in cōtroversia tam graui cum Miranda in manuali Prel. 10. 2. q. 9. art. 10. iudicij officij agere nolo, ideo de illa penes alios sit iudicij, seu consularum Summus Pontifex.

RESOL. CCC.

An Regulares possint dispensare cum saecularibus super irregularitate orta ex delicto, v. g. si Sacerdos excommunicatus celebrasset, vel suspensus sacros Ordines suscepisset?

Idem dicendum est de quibuslibet Sacerdotibus electis ab ipsis poenitentibus virtute Iubilei, aut Bullae Cruciate.

Alibi pro parte supra in Ref. 168. §. Nec obstat, &c. Et pro Simonia occulto contentio in hoc textu in tom. 4. tr. 2. Ref. 137. §. 2. & 3. & in tom. 5. tr. 5. Resol. 39. §. Hinc. & ibi in tr. 7. Ref. 3. §. Norandū. & seqq.

Sup. hoc pro commissario in tom. 4. tr. 3. Ref. 137. à principio.

Sup. hoc supra ex doctrina Ref. 21. prope finem, vers. & proinde. Sed i. ge cam per totum, & vi. de etiam Ref. & §. eius secundum not. & ex Ref. 291. vide §. verum & seqq.

Sup. hoc cor. in Ref. 168. §. 2. & 3. & in tom. 5. tr. 5. Resol. 39. §. Hinc. & ibi in tr. 7. Ref. 3. §. Norandū. & seqq.

Et notatur, quod absolutio, seu dispensatio super his irregularitatibus dari potest extra confessionem, quamvis in Bullis, seu privilegiis dicatur, quod penitens absoluitur, audita prius diligenter confessione. Ex p. 9. tr. 8. & Mil. 3. Ref. 30.

§. 1. Vppono quod Irregularitas diuidenda est in tres classes. In prima est irregularitas, quæ contrahitur cum peccato, & resultat ex eo, puta ex homicidio; seu ex mutilatione culpabili. In secunda classe est irregularitas, quæ incurritur absque culpa, nempe ex bigamia, vel ex morte, seu mutilatione iusta, aut propter accelerationem ad mortem sine peccato, saltem graui, quæ dicitur ex defectu lenitatis. In tertia classe est irregularitas, quæ oritur ex mala susceptione, seu administratione Sacramentorum, quando scilicet quis excommunicatus, vel suspensus Ordines suscipit, vel celebrat.

Sup. hoc in Ref. leg. & in aliis eius primæ not. hinc etiam omnia eius annotationum.

2. Hoc supposito, quoad Casum propositum affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit nouissimè Fragofo de Regimine Republic. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 1. disputat. 24. §. 7. numer. 18. vbi sic ait: Satis probabilem tamen, & in praxi tutam puto partem affirmantem, posse scilicet Mendicantes per sua priuilegia absolueri ab huiusmodi Censuris, & dispensare ab illa irregularitate tertie classis, ex illis censuris resultante, vt patet ex privilegiis nostræ Societatis in compendio, verbo, Absolutio, paragrapho 1. concessis à Paulo III. in Litteris Apostolicis, pag. 20.

Sup. hoc supra in Ref. 298 §. 2. prope finem; à veris. & clarior, & in aliis eius not.

ibi: Omnes Confessarii Societatis habent facultatem absoluedi à quibuscumque peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis & à quibuscumque sententiis, Censuris, & pœnis ex illis resultantibus. Sic ibi. Cum ergo Irregularitas hæc resultet ex mala administratione Sacramentorum, non est dubium posse solui per priuilegium Mendicantium. Idem dico de

Sup. hoc in tom. 4. et. 3. late in Ref. 130. & in multis aliis eius primæ not. & signanter leg. ibi Ref. 139.

quibuscumque Sacerdotibus electis ab ipsis pœnitentibus virtute Iubilæi, seu Bullæ Cruciatæ. Probatur: quoniam nomine Censuræ, à qua potest Confessarius absolueri, venit irregularitas ista, quæ propriè dicitur effectus censuræ, cum ab ea originem trahat: siue censura, siue excommunicatio, siue sit suspensio. Item, quia vt tradit Innocentius III. in cap. ultimo, de excessibus Prælatorum, irregularitas suspensio quædam est, & priuilegium Principis est ampliandum, cap. olim, de verbor. significat. & l. beneficium, de Constitutionibus Principum, vbi habetur, beneficia Principis esse largissimè interpretanda. Suffragatur, quia in priuilegiis prædictis dicitur, posse absolui à Censuris, & pœnis ex illis resultantibus: & irregularitas etiam est pœna, idcirco debet extendi ad irregularitatem. Quod si dicas, in priuilegiis, & in Bulla Cruciatæ fieri facultatem Confessario absoluedi, sed in irregularitate necessaria est dispensatio, nec requiritur absolutio. Respondetur suspensionem, seu irregularitatem contractam ex peccato, quibuscumque verbis posse auferri. Vnde Confessarius virtute Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ, seu priuilegiorum, potest ab illa absolueri, vel in illa dispensare, prout maluerit, quocumque enim verbo, tam absoluedi, quam dispensandi, vtatur ipse, tollitur hæc irregularitas.

3. Nec obstat dicere per facultatem dispensandi, & absoluedi à quibuscumque Censuris non venire potestatem dispensandi in irregularitate, nisi exprimat, dicendum namque est id procedere in irregularitatibus primæ, & secundæ classis: non verò in irregularitate tertie classis, quæ est verè pœna, & censura modo explicato, vel saltem effectus à censura profectus, & ab ea originem ducit, ideo potest Confessarius ab iis absolueri in foro conscientie. Nec refert stylus Curie dicens, non posse absolui in nostro casu,

quia loquitur de foro externo: nos verò loquimur de foro interno: quando delictum est occultum. Et hæc omnia docet Fragofo.

4. Sed à fortiiori si prædicta sententiam tenet doctus Pater Leandrus à Murcia in 99. Regul. super cap. 7. Regula quasi 8. numero 62. vbi sic asserit. Pueden los dichos Confessores dispensar, no solo en todas las irregularidades en que dispensa el Obispo por derecho comun, sino tambien en las que dispensa por derecho especial del Concilio Tridentino en la sess. 24. capit. 6. y assi pueden dispensar en todas las irregularidades, y suspensiones, que nacen de delitos ocultos (excepta en la del homicidio voluntario, y la que prouienen de delitos diduzidos al fuero contentioso.) Esta conclusion, en quanto a la primera parte a esto es, que pueden dispensar en las irregularidades que puede el Obispo por derecho comun, es de Manuel Rodriguez in expit. Bullæ Cruciatæ §. 9. n. 177. y del Colector, verb. Absolutio, quoad Saculares n. 18. y se prueua por un priuilegio de Eugenio IV. que trae el sobredicho Colector ibidem, concedido à los Menores de S. Benito, del qual gozan todos los que tienen priuilegio de participacion, como lo tenemos todos los Frayes Menores.

5. La segunda parte de la conclusion es, que pueden dispensar en las irregularidades, y suspensiones, que pertenecen a los Obispos por derecho especial, es de Thomas Sanchez lib. 4. oper. mor. cap. 54. num. 27. y de Eugenio Trullenc in Expos. Bullæ Cruciatæ, cap. 1. dub. 6. numer. 4. y de Antonino Diana 1. par. tract. 1. resol. \* 28. Porque aunque halan de la absolucion de los casos, que tocan al Obispo por derecho especial, en los casos, que tocan al Obispo por derecho especial, y de la irregularidad, y suspension que nacen de delitos ocultos, que tambien les toca por derecho especial, y se prueua, porque por el dicho priuilegio de Eugenio IV. los Regulares pueden absoluer, y dispensar en todas las penas, y censuras Eclesiasticas, maxime de las refernadas a los Obispos: las sobredichas dispensacion de la irregularidad, y suspension, que nace del delito occulto, estan cometidas por el Concilio Tridentino vbi supra, y por ley comun suya a los Obispos, y estan perpetualmente anexas a la dignidad, y officio Episcopal, y en ellas non deligitur industria persona, porque desta manera no las pudieran delegar los mismos Obispos, lo qual es falso, como sienten comunmente los Doctores: luego tambien pueden dispensar en las sobredichas irregularidad, y suspension en los Confessores Regulares. Prueuas la consecuencia, porque a los dichos les concede el Papa, que pueden dispensar en todas las censuras, y penas que pueden los Obispos.

6. Ni obsta dezir, que este derecho especial, que el Concilio Tridentino concede a los Obispos, y que en general concessione non veniunt ea, que quis non esset in specie verisimiliter concessurus: porque este derecho, como queda ya dicho, compete a los Obispos por ley comun del Concilio, y la dicha dispensacion les está cometida, como cosa perpetualmente anexa a su officio y dignidad, y assi está irrefragacion, y derecho es ordinario y comun, y no especial, aunque lo llamamos especial, porque algunos Doctores lo llaman assi: Ni tampoco obsta dezir, que para la dicha dispensacion deligitur industria persona, porque si esso fuera, no fuera el dicho derecho ordinario, y delegable, ni estuiera anexo al officio, sino a la persona, lo qual es falso, como consta claramente de las palabras del Concilio que no los nombra con el nombre de la persona, sino de la dignidad. Hucusque Leandrus, qui etiam me citato idem docet de virtute Bullæ Cruciatæ.

Et ad confirmationem supradictorum, ne deferas etiam recognoscere Balfium in Flor. Theolog. ver. Casus reservatus, §. 7. num. 29. & ver. Hæresis num. 18. Villalobos tom. 1. tract. 9. Aulam de Censur. par. 3. disp. 6. dub. 2. Bordonum in Consil. Regul. tom. 1. resol. 6. n. 10. & 24. & alios penes ipsos.

7. Nota etiam hic obiter cum Fragoso, vbi supra, quod absolutio, seu dispensatio super has Irregularitates dari potest extra Confessionem; quia Censuræ possunt tolli à Confessariis habentibus ad id potestatem peccatis non auditis, extra Confessionem; quamvis in Bullis, seu privilegiis dicatur, quod peccatis absolventur, audita prius diligenter Confessione: nam nihilominus Censuræ possunt auferri extra illam antequam fiat Confessio. Nec obstat quod clausula, audita prius confessione, debeat referri ad omnia supra dicta, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, nam hoc est verum, quando omnium eadem est ratio: at hic non est eadem ratio, quia absolutio à peccatis obligat ad confessionem faciendam; secus verò de dispensatione, seu ablatione irregularitatis, & de commutatione votorum, seu de abolutione à Censuris; tùm quia absolutio à Censuris communitè impenditur extra confessionem. Auditus igitur peccatis, absolutio impenditur Sacramentalis: Censuræ autem extra confessionem absoluuntur. Tum denique hoc constat: cum multoties possit casus contingere, in quo expedit absolui à Censuris ante confessionem, nimirum si adsit dies festus, & excommunicatus non possit statim confiteri: vel quia non est paratus, vel quia confessio per aliquot dies debet durare: in quo euentu potest absolui etiam à Censuris. Sed hæc alibi latius declarauit.

RESOL. CCCI.

An Regulares possint dispensare cum secularibus, & Clericis in omnibus irregularitatibus ab ipsis contractis in quibus Episcopus possit dispensare?

Et pro praxi huius questionis octo diuersi casus cursum in textu huius Resolutionis adducuntur. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 3.

§. 1. Pvlchra questio, & ad illam negatiuè respondet Angelus Possentius in recollectione questionum moralium verb. Irreg. c. 7. n. 16. vbi sic ait: In omni irregularitate, in qua Episcopus dispensare valet; etià Regulares valent confessarij, intellige quoad Fratres, idè tenet Petrus Bellonus verb. Irregularitas n. 12. 1. Verùm alij affirmatiuè respondent, vt Rodriguez, & Ioannes de la Cruz, quos citat & sequitur Ludouic. Caspensis in cur. Theol. tom. 2. tr. 25. disp. 5. sess. 17. n. 120. & Balfæus verb. irreg. n. 10. Pellizzarius in man. reg. 1. 2. tr. 8. c. 3. n. 90. & contra aliquos Priuilegium coactantes, Martinus de San Ioseph in reg. D. Francisci in declar. breuium verbo dispensare fol. 575. vbi sic ait, Parece que los Autores que han hecho mencion deste privilegio se han conuado para cercenarle, y aun destruyrle, porque Corduba super comped. ver. absolutio quoad seculares, annotatione ad 320. Dize que los Minimos no usan del para dispensar irregularidades de seculares, y que se lo dixo vn Provincial de los Minimos y esto no obsta para que aunque sea assi, las demas Religiones por participacion no puedan usar del, pues en los privilegios se comunica el derecho de usar, y no el uso ò no uso de la Religion à quien se concedio, vt bene Frater Ioannes de la Cruz in epitom. priuil. fol. mibi 163. y es doctrina llana; Henriquez 1. 1. 7. de indulgent. cap. 282 §. 5. dize que los Minimos usan deste privilegio para las irregularidades de los seculares, & Ecclesiasticas personas.

mente dispensa el Prelado de los Minimos; Meos tiene fuerza esta razon, porque si es privilegio absoluto, no se deve restringir à los Prelados, ni se aene distinguir donde el derecho no distingue, cap. solire de maiortate, & obedientia, 1. de pretio ff. de publica in rem actio. y el Padre, Vega de la Orden de los Minimos in summ. verb. absolutio cas. 44. §. ... dize que lo dicho afirma que Sixto IV. concedio à los suyos este privilegio para dispensar con los seculares en las irregularidades, y no restringe à los Prelados, y lo dixera si fuera assi; Portel. 1. par. resp. mor cas. 3. numer. 2. dize que el privilegio se concedio no solo à los Prelados, sino à los Confessores Religiosos Minimos, peroque no aconsejara se use del; porque nunca; oyo decir que Religioso alguno aya usado de tal privilegio para irregularidades, pareceme es escrupulosa la cautela de Portel, pues el uso de semejantes privilegios siempre es muy secreto, y en el Sacramento de la Penitencia, y quando sea assi, que no se aya usado del, no se ha perdido por esso; pues Sixto V. en el año de 1587. confirmò nuestros privilegios, esten ò no esten en uso, y Paulo V. en el año de 1609. los confirmò tambien absolutamente sin hazer excepcion de los que no estauan en uso, con que todos quedaron confirmados, assi los concedidos inmediatamente à nuestra Religion, como los que se auian hecho nuestros por participacion de otras Religiones.

3. No pretendo dar mas fuerza al privilegio de Sixto IV. de la que el se tiene, porque no le he visto autentico; però he me alargado en este para que oiendo mis razones los hombres doctos, las den autoridad, si le les deue dar. ] Huicvlque Martinus de San Ioseph.

4. Et hanc sententiam sine supradictis limitationibus impugnat, tenent Doctores à me superius adducti, quibus adde ex Prædicatorum familia Magistrum Hinojosa in Directorio Decisionum Regularium verbo dispensatio in seculares fol. 18. vbi docet, quod dispensare possunt Fratres confessores, cum secularibus in quacumque irregularitate, super quas ordinarius dispensare potest: concessit Sixtus IV. & Iulius II. Ita ille.

5. Et tandem non deferam hic apponere verba Portel in resp. cap. 1. cas. 3. numer. 1. & 2. sic afferentis, Ego pro remedio istius; vel similis impediti dixi, quod si Episcopus in hoc casu possit dispensare via ordinaria, nos etiam possemus per priuilegia: nam Sixtus IV. concessit Patribus Minimis, vt possent audire confessiones secularium; eosque absolueret ab omnibus censuris, & cum illis dispensare in omnibus irregularitatibus, referuatis ordinario; habetur in compendio mendicantium ver. absolutio quoad seculares 2. §. 20. Circa quam concessionem, licet Corduba annot. ad compend. in dicto §. 20. dicat Patres Minimos non vti ista concessionem quoad dispensationem vllius irregularitatis cum secularibus, & ita se audiuisse à quodam Provinciali Ordinis Minimorum. Ad quod ego dico, quod ille Provincialis fortè non erat tam doctus, ac fuit Vega Pater Minimus, ac doctissimus, qui in summ. verb. absolutio casu. 43. dize que lo dicho, refert idem priuilegium Sixti IV. illis concessum ad dispensandum cum secularibus in irregularitatibus modo supradicto, & non dicit in sua Religione abstinere à tali dispensatione, quod debuit dicere si ita esset. Præterea Rodriguez 1. 1. question. 61. art. 3. referens idem priuilegium ait. Iulium Secundum declarasse, & extendisse idem priuilegium Sixti IV. datum Minimis, vt intelligeretur eos id posse etiam circa seculares, & Ecclesiasticas personas.